falli facta. Si tamen ante decesserit investitor quam feudum ad eum revertatur, successor non cogitur eam habere ratam: aut cum se vivente feudum apertum fuerit, possessionem tradat, & investituram adimpleat. Et ideo sciendum [1] est Archiepiscopum Mediolanensem non posse dare in feudum quod tempore introitus sui in dominico [2] invenerit: sed si ei postea feudum aperiatur, ipsum recte dabit. Profecto alii episcopi & clerici ea quæ in dominico habent, & feuda his aperta olim dederant, & hodie dant.

TIT. XXXVI.
AN [3] MUTUS VEL ALIAS IMPERFECTUS FEUDUM RETINEAT.

Succedit militi patri mutus, aut aliter imperfectus in feudo. Bald.

MUtus & surdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus, etiam si sic natus fuerit, totum feudum paternum retinebit [4]. Obertus & Gerardus & multi alii. Quidam tamen dicunt eum qui talis natus est, feudum retinere non [5] posse: quia ipsum servire [6] non valet. Sic dicimus in clerico [7], & in fœmina, & in similibus.

TIT. XXXVII.
AN [8] ILLE QUI INTERFECIT FRATREM DOMINI SUI, FEUDUM AMITTAT.

Vasallus si fratrem domini sui interfecit, non amittit feudum: sed si fratrem suum occiderit proditionaliter, vel aliam feloniam commisit, aut sine verecundia in curia esse non possit, feudum amittit, & transit ad agnatos. Bald.

SI quis interfecerit fratrem domini sui, non ideo beneficium amittit: sed si fratrem suum [9] interfecerit ad hoc, ut totam hereditatem habeat, vel aliam feloniam commiserit: verbi gratia, hominem tradendo, ut in curia amplius stare non possit, privabitur beneficio: quia tamen erga dominum non fuerit facta, ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, si paternum fuerit: eodem prorsus observando quantum ad ordinem gradus qui continetur in legibus. Cum autem ad dominum respicit felonia, feudum tunc domino aperitur.

1. NOn [10] cogitur vasallus omnino, secundum usum Mediolanensem, dominum adire [11], & servitium ei offerre: sed cum nunciatum ei fuerit, tunc domino, si potest, serviat.

TIT. XXXVIII.
DE [12] VASALLO QUI CONTRA CONSTITUTIONEM LOTHARII REGIS BENEFICIUM ALIENAVIT.

Vasallus in quantum beneficium alienavit inscio aut nolente domino, in hoc gravatur, quia alienatum ad dominum redit. Bald.

SI vasallus contra constitutionem Lotharii [13] regis beneficium alienaverit: si totum, perdat totum: si partem [14], partem perdat, & ad dominum revertatur. Et ideo si contra unum dominorum quorum communis vasallus erat, fecerit felloniam, eum forte cucurbitando [15]: ejus solius parte privabitur, & si voluerit unius solius partem refutare, aliis sibi reservatis, hoc facere poterit: quia vasallus etiam sine domini voluntate recte feudum refutare [16] potest: post refutationem tamen ad serviendum non tenetur: sed eum quidem tunc [17] offendere non debet.

TIT. XXXIX.
DE ALIENATIONE PATERNI FEUDI.

Vasallus feudum paternum etiam domini voluntate alienare non potest, non consentientibus agnatis.

ALienatio [18] feudi paterni [19] non valet etiam [20] domini voluntate, nisi agnatis consentientibus [21] ad quos beneficium quandoque sit reversurum [22]: nec in filiam [23] vasallus feudum poterit confirmare agnatis non consentientibus, vel postea ratum non habentibus [24], & licet prohibeatur beneficii alienatio inter agnatos [25], tamen si paternum fuit, concederetur [26]: & si [27] libellum unus alteri [28] fecerit de feudo paterno, non est libellus, sed quasi refutatio [29].

1 Exceptio. 2 Id est, feudum quod ad ecclesiam rediit.
3 De vasallo imperfecto 2. *tit.* 14. *supr.* 4 Imo non retinebit, 1. *Feud.* 6. §. 2.
¶ *d. tit. 6. in fin.* 6 Necessitas enim bellorum feuda parit. 7 2. *tit.* 26.
¶ 4. *vers. qui clericus.*
8 De vasallo qui occidit fratrem suum, vel domini sui, *tit.* 42. 9 *tit.* 24. §. 3.
1. *Feud.* 5. 10 Non teneri vasallum offerre servitium, *tit.* 43. 11 *tit.* 26.
§. 3. *vers. licet vasall.* 6. 7. J. *eod.* 1. *Feud.* 21.
12 De alienatione feudi, *tit.* 44. 13 Vid. *tit.* 52. J. *eod.* 14 Vid. *tit.* 55. J. *eod.* 15 *tit.* 57. J. *eod.* 1. *feud.* 5. *vers. item si fidelis.* 16 *tit.* 14. J. *eod.* 9. Mynsing. 5. *obs.* 65. 17 Manent enim adhuc reliquiæ juris dominicii.
18 Alienare feudum suum, ne quidem in filiam, vasallus potest invitis agnatis proximis etiam consensu domini, vel agnatorum remotiorum. Quid si post feudum apertum remotioribus agnatis? feudum ita alienatum revocabunt, licet alienationis tempore proximiores non fuerint. 19 Antiqui, aliud in novo. vid. Clar. 4. *feut.* 5. *feud.* 9. 21.
20 1. *Feud.* 8. §. 1. 21 Omnibus non tantum proximis. 22 Imo in filiam vasalli potest confirmare feudum dominus? 2. 1. 3. *de succeff. feud.* In feudo novo, quod ad ipsum dominum reverti proxime speratur, gratiam feudi filiæ vasalli potest facere. In antiquo quod agnatis committi potuit, non æque. 23 Quasi extraneam, *d.* §. 1.
24 Etiam tacite, *tit.* 9. §. 1. *vers. porro tit.* 26. §. 4. *vers. Titius filio, & tit.* 32. *vers. inde etiam. supr. eodem.* 25 Remotiores scil. non confentientibus intermedijs: nisi fic legas, *& licet prohibeatur beneficii alienatio, inter agnatos tamen, si paternum fuit, concedatur.* 26 Ad tempus scil. inde revocari potest. 27 Libellus feudi factus agnato, seu feudum datum agnato ad libellum, vel jure libelli, non est alienatio, vel libellus proprie, sed quasi refutatio: feudum est, non libellus. 28 Puta proximiori, eoque feudi feudum testamento quoque translucidi possit quidam putant, in eum, ad quem proxime alias erat perventurum. 29 *tit.* 14. J. *eod.* 30 De feudi controversia inter dominum & vasallum, *tit.* 46. 31 Pein vasallus investiri? Iis dirimitur apud Pares curiæ, *ut hic.* Quo oruine? si aliud a controverso feudum habet vasallus, & feudi controversi investituram probat, in continenti investiendus & fidelitatem juret: nisi ejusdem causæ principalis in actu investituræ mentio fiat: tempe ne cognoscatur rectæ necne interpolita fuerit investitura: si vero nullum aliud feudum possidet a controverso, etiam investiendus est, fidelitatis juramento in aliud tempus rejecto, dum de lite principali cognoscatur: ut tum cognoscatur, juramentum ille admittendum nec ne. 32 Dixi 3. *tit.* 16. 33 Rectum feudum est, quod non datur ad rectum servitium, quoque perpetuum est, & irrevocabile. Feudum vero non rectum est, quod alicujus est, vel meriti contemplatione datur sic, ut revocari possit. 34 De infidelitate pugnam non fieri. *tit.* 47. 35 Feloniam etiam vasallo committit Dominus: cujus nomine feudum amittit, & ad pugnam provocari quoque potest a vasallo: jure feliciter Longobardis, quod apud Mediolanenses ulu non receptum est. 36 2. *Lomb.* 54.
37 Quando vasallus feudum perdat. *tit.* 48. 38 2. *Feud.* 24. §. 2. 39 Feudum vasallus amittere potest, vel ex sola negligentia domini mortis in discrimine positi non juvandi: qui tamen feudum non amittit, licet eum a perjurio non liberaverit.
40 Rex alienum dominii solvere vasallus non cogitur: ne id quidem, quod interpolito juramento promisit dominus se soluturum.
41 Conradi Regis, salis in Ronchalia. *tit.* 49. Cujac. sed Hotomanus legit Lotharii.
42 Lotharius, *Hotom.* 43 Ronchalia, *ut* 54. §. 1. *supr. eod.* 52. J. *eod.*
44 *tit.* 24. J. *eod.* 45 *d. tit.* 24. 46 Feudum sine fidelitate per pactum concessum dominus revocare potest. vid. §. 1. J. *de prohibit. alien. feud. per Frider.*
48 *tit.* 55. *vers. nos autem.* longi temporis, non tamen xxx. annorum. 49 Pœna vasalli non respondentis ad delectum. 50 In Lombardia dimidiam, in Teutonica &c.
51 *tit.* 26. §. 4. *vers. si quis clericus, & tit.* 30.
52 Cujus juramento fretur in quæstione feudi. *tit.* 50. 53 Feudi controversia interpellandis, qui secundum consentientiam suam jurant, si modo præsumptio quadam rationis adsit: nam ex contrario si fœminis præsumptione juvabitur, defferendum erit ei ita-crementum. 2. *Feud.* 41. de controversia inter masculum & fœminam de beneficio. Idem dicendum est, si contentio sit inter dominum & fœminam, *vers. sed tunc.* vel inter dominum & emptorem, *vers. item si.* 54 *tit.* 26. §. 1.
56 Partis majoris bonorum ratione in certo territorio existentium, præsumptio elicitur ad cætera bona in eodem loco posita, ut si pars major bonorum alicujus sit feudalis: pars reliqua feudalis quoque intelligatur. 57 Has duas postremas dictiones Cujac. expungit.
58 Electionem dari emptori feudi, cui feudum restituat, domino an vasallo ignoranti. *tit.* 51. 59 An rei vindicatione? potest sane, si de dominio directo agerit: sed quia id probari non ita potest communode, aget ex conditione legis *fin. J. de prob. alien. feudi per Frider.* qua possessio sola avocatur. 1. 1. *C. de donat. que sub mod.* 60 Si 61 *tit.* 26. §. 7. *vers. si vasallus.* 3. *eod.* 62 Venditionis verbo hic intelligitur omnis alienatio. adde *l. fratuith. a cæteris.* 29. *in fin. ff. de fratuith.* Quid? qui transigit num caufis qui dimittit, alienat. *l. quedam.* 77. *ff. de re iudic.* 63 Ignorans (non sapiene) feudum esse, qui vendit, venia dignus est. 64 Feudum & proprium hic opponuntur. 65 Electio hic reo, seu emptori convento datur, ut rem empram, hoc est, feudum emptum restituat vasallo venditori, an dominio vasalli, unde notant. Emptorem in hac specie præferre posse, eum qui utile dominium habeat, directum habenti, adde *l. ult. ff. de transact.* ubi debitor potest solvere cedenti, apud quem jus nullum est: enim in potestate venditoris, probata ignorantia præntere, & ita feudum repetere: cum ipso jure nulla fuerit venditio. *Doctores hic.*

vasallo

vasallo restituenda. Quo restituto, id beneficium vasallus retinebit, non nocente nec obstante venditione, eo quod ignorans alienavit: & quod dicitur, alienatione feudum aperiri domino, intelligendum est, cum [1] a scientibus alienatur beneficium. Et quod dicitur de venditione, idem est [2] in omnibus alienationibus.

TIT. XLIII.
DE [3] CONTROVERSIA INTER VASALLUM, ET ALIUM DE BENEFICIO.

Vasallus agere & conveniri potest pro feudo, & pro parte feudi, etiam domino absente, & quasi pro re propria. Bald.

SI controversia inter vasallum & alium de beneficio fuerit, adversario proprietatem totius [4], vel partem, vel aliud aliquod jus sibi vindicante: causa per vasallum, etiam domino absente, quasi propria ad finem perducatur: ipse enim solus utiliter agendi [5], & excipiendi habet potestatem: & si pro eo, aut contra eum judicatum fuerit, vel cum adversario transegerit [6], dummodo fraudulenter [7] actum non sit, etiamsi post beneficium domino aperiatur, tale erit, ac si eo causam agente judicatum fuisset: & ideo ab eo ratum haberi oportet.

TIT. XLIV.
QUID [8] JURIS, SI POST ALIENATIONEM FEUDI VASALLUS ID RECUPERAVERIT.

Culpa quæ non transivit in perpetuam privationem, non potest purgari. Bald.

PRæterea si vasallus ante constitutionem Lotharii [9] regis feudum alienavit: quod in quibusdam [10] curiis pro [11] parte, in quibusdam pro toto olim licebat, & ipsum postea recuperabat, pro feudo sibi retinebat: hoc est, in causam feudi recadebat. Hodie autem si ipsum alienavit, siquidem illicite, licet [12] postea [13] recuperaverit, tamen penes eum non remanebit: utpote domino ad quemcunque pervenerit, apertum. † Profecto si domini voluntate vendiderit, per libellum, vel aliter alienaverit: si idem postea recuperaverit feudum, penes eum remanebit, non jure beneficii, sed aut jure proprio, aut jure libelli, aut aliter: secundum quod idem recuperaverit: dummodo scias, quod si ad libellum domini voluntate id dederit, si quidem pro libello ei datur singulis forte annis, & hoc jure feudi censebitur. Illud vero jus quod per libellum transtulerit, & postea recuperaverit: pro beneficio non tenebit, sed velut alterius rei datæ per libellum, etiam [14] si feudum domino refutaverit, libellum [15] retinebit.

TIT. XLV. [16]
AN AGNATUS, VEL FILIUS [DEFUNCTI] POSSIT RETINERE FEUDUM REPUDIATA HEREDITATE.

Primo tractat, an agnatus possit hereditatem agnati repudiare, & feudum retinere. Secundo an filius vasalli possit hereditatem repudiare, & feudum retinere. Secunda in versicul. si vero.

SI contigerit vasallum sine omni prole decedere: agnatus ad quem universa hereditas pertinet, repudiata [17] hereditate, feudum, si paternum fuerit, retinere poterit: nec de debito hereditario aliquid feudi nomine solvere [18] cogitur: sed in fructibus [19] si quos reliquit, ut de eis debitum solvatur, quo tempore decesserit, (secundum quod supra diximus) conferabitur. † Ubi vero filium reliquit, ipse non [20] potest hereditatem sine beneficio repudiare: sed aut utrumque retinet, aut utrumque repudiet: quo repudiato, ad agnatos, si paternum fit, pertinebit: & licet alterum sine altero retinere non possit, agnatis tamen confentientibus poterit dominus eum, si voluerit, quasi de novo beneficio investire; quo facto licebit ei repudiata hereditate feudum tenere, nullo onere ei hereditario imminente.

TIT. XLVI.
AN [21] APUD JUDICEM, VEL CURIAM DOMINI QUÆSTIO FEUDI DEBEAT TERMINARI?

EX eo, quod supra [22] diximus, ut si inter duos de beneficio fuerit controversia, coram [23] judice, vel arbitro [24] finiatur: talis hic fit quæstio. Quodam sine filio decedente, alius credens beneficium, quod ipse tenebat, apertum domino esse, ab eo investitus est ejus beneficii nomine, contra apparent agnati qui feudum sibi vindicant quasi paternum. Est igitur quæstitum, an apud curiam domini, vel judicem sit hæc quæstio terminanda? Et responsum scio, quia ad dominum quodammodo causa spectare videtur, ad quem investitus habebit regressum [25] de evictione: ut coram paribus finiatur curtis, & licet alter per se non possit alterum trahere ad curiæ judicium; generaliter tamen, etiamsi inter duos causa fuerit de beneficio, eos curia vocavit, non [26] licebit eorum alicui ejus curiæ judicium [27] declinare.

1 Sciens qui feudum alienat, privatur feudo. 2 Venditionis verbo omnem alienationem intelligi superius probatum est.
3 Vasallum de feudo agere & conveniri posse, *tit.* 52. 4 Vasallus agere & conveniri potest pro toto feudo & parte ejus: & causam etiam absente domino, ad finem usque perducere, quod & ratum habere dominus teneatur, etiam si post ei feudum aperiatur. 5 *tit.* 8. §. 1. 6 *tit.* 26. §. 7. adde Clarum a. *fent.* 5. *feudum*, quæstione 38. Transigere, de feudo vasallus potest bona fide: eamque transactionem ratam habere dominus cogitur. 7 Fraudulenter facit, qui prece, vel precio, vel per dolum, vel per negligentiam, sine vitæ necessitate, alienat.
8 De feudi alienatione & recuperatione, *tit.* 53. 9 *tit.* 52. J. *eodem.*
10 Mediolani 1. *feud.* 13. §. 18. §. 1. 11 1. *feud.* 5. §. 1. *in princ.* 12 Semel jure communi domino feudum semper ei commissum intelligitur: neque id recuperando vasallus redintegrat, vel purgat causam amissionis: unde notant, semel extincta, non revivisere, vid. *l. qui res.* 98. §. *ærarm.* 8. *ff. de solut.* Quid, si vasallus vendidit, necdum traditit? culpa purgat: potest: ut hic locus in venditione omnino perfecta intelligatur. *Canonistæ in c. patuit, de locato.* Quid si vendidit vasallus, & constituit fe nomine emptoris possidere? Alvarotus negat feudum committi. Quid si alienavit, & in continenti, vel ante moram a domino actionem feudum recuperavit? feudum commissi negant doctores: quasi hic recuperatio post intervallum notetur, non momentaria, quæ videlicet fit illico, atque ita verbum, *postea* fic intelligunt nonnulli. 13 Id est, post intervallum: ante querelam domini: at non in continenti. 14 Hanc distinctionem difpungit Cujacius. 15 Per libellum. Cujac.
16 *tit.* 54. 17 Repudiari potest defuncti hereditas ab agnato, & feudum retineri, *ut hic*, a filio non potest. J. Et ita agnatus exhæredatus successione feudi antiqui non excluditur. *Goth.* Vid. Treutler. *p.* 2. *Ex.* 12. *th.* 4. *in pr.* Contra *l.* 1. 2. *ff. de acq. vel amitt. hæredit.* Clar. 5. *feudum quæst.* 76. Scace. *de Jud. caus. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1510.
18 *tit.* 86. *infr. eod.* 19 *d. tit.* 86. *tit.* 28. *supr.* 20 *tit.* 51.
§. 4. J. *eod.* 1. 1. *ff. de adquir. vel amitt. hered.*
21 Coram quo fit quæstio feudi ventilanda, *tit.* 55. 22 *tit.* 15. *tit.* 34.
23 1. *feud.* 18. 24 *d. tit.* 15. *tit.* 34. *supr. eod.* 25 *tit.* 8. *supr. eod.*
26 Curiæ judicium non declinatur a vasallo. 27 Judicem, ita Cujacius legendum monet, dixi *tit.* 15. *supr. eod.*
28 De pœna domini feloniam committentis, *tit.* 56. 29 *tit.* 5. 6. 7. 24. *supr. eod.* 30 *tit.* 26. *vers. dominus. supr. eod.*
31 Quando feudum licite alienetur, *tit.* 57. 32 Vid. *tit.* 81. J. *eod.*
33 *tit.* 26. *vers. feudum.* 8. *eod.* 34 Sine domini consensu. 35 Alias non potterit, *tit.* 55. 36 An faltem pro Aiode? & si pro Aiode, num debebuntur laudimiæ? vid. Gl. Hermite 2. 3. Ald. Alvarot. Curtium 4. *parte ultima caufa* 2. *regula vers. fexto quer.* 37 Hic lego, nisi & sic datum est. *arg. vers. ult.* J. *eod.* 38 *tit.* 34. §. 1. J. *eod.* 39 Non habet. *Hotom.*
40 Quando pactum non obstat successioni feudi, *tit.* 58. 41 Id est, refutationem. 42 Refutatio hæc diversa ab ea, quæ fit domino, de qua vid. *tit.* 14. *supr. eod.* 43 Facit *tit.* 26. *in fin.* §. *eod.* 44 His duobus calibus, qui feudum paternum refutat Titio, ejusque heredibus, in id regressum nunquam habet, quia omnino refugavit, quia consentit, ut Titius de feudo refutato, tanquam de novo investiretur. Hæc feudi novi natura est, atque conditio, ut agnatus agnato in eo non succedat 1. *feud.* 8. *in fin. supr. eod.*
45 A qua sæpius conventione discedatur, *ut tit.* 84. J. *eod.* 46 Excipe *d. tit.* 84. 47 1. *feud.* 1. §. 3. 48 *tit.* 11. J. *eod.* 49 1. *feud.* 15.
50 Gerardum sc. *tit.* 51. §. 3. J. 51 Ex filia, quidam ita legunt. 52 1. *feud.* 1. §. 2. 53 Paternum feudum quid, adde 1. *feud.* 4. §. 2. 54 *tit.* 93. J. *eod.*
55 Beneficium in curiæ venditione non continenti. *tit.* 60. 56 Dixi *tit.* 26. §. 7. *vers. in generali.* 3. *eod.*

TIT. XLVII.
QUALITER [28] DOMINUS PROPRIETATE FEUDI PRIVETUR.

Dominus propter feloniam commissam in vasallum, feudi proprietate privatur: sicut econtra vasallus feudo. Bald.

EX facto quæsitum scio, & ego a pluribus quæsivi, si dominus contra vasallum apertam feloniam fecerit: an sicut vasallus feudum debet amittere, ita dominus proprietate privetur? Et quidam dicunt, ex omni felonia, qua vasallus [29] feudo privatur, & dominus [30] proprietate privetur. Alii non nisi ex magna felonia: alii ex nulla. Sed prior sententia mihi placet, non habita distinctione qualis vasallus sit, utrum per sacramentum, vel non.

TIT. XLVIII.
DE [31] FEUDO NON HABENTE PROPRIAM [32] FEUDI NATURAM.

Si miles accepit castrum in feudum a duce, ut ipse & sui heredes, quibus dederit, id habeant: non habet hoc feudum propriam feudi naturam. Bart.

SI quis ea lege alicui feudum dederit: *ut ipse & sui heredes, & cui* [33] *ipse dederit* [34] *habeant:* Respondeo, ille, qui sic accepit, poterit [35] id vendere, vel donare: vel aliter, si sibi placuerit, etiam sine voluntate domini alienare, & ille etiam cui datum fuerit, non habebit ipsum pro feudo [36] nisi [37] sicut [38] ei datum est.
† Sed qualitercumque ei datum fuerit, *sive ad proprium, sive ad libellum:* licet propriam feudi naturam non habeat, jure tamen feudi censebitur: ut ex his caufis ipsum amittat, quibus & verum feudum. † Ubi ergo sic datum est feudum, & *cui in feudum dederis,* aliud est: & *propriam* feudi naturam habet [39].

TIT. XLIX.
DE [40] EO QUI FINEM [41] FECIT AGNATO DE FEUDO PATERNO.

TRes erant agnati, vel plures: unus eorum habebat feudum, quod erat paternum: sed alter eorum finem & refutationem [42] ei fuisque heredibus, & cui ipse dederit, fecit, decessit ille sine filio masculo. Alter qui non refutavit, vendicat sibi totum. Alter vero, qui refutationem fecit, vult ad successionem venire, pacto non obstante. Sapientes quidam Mediolanenses interrogati, responderunt non [43] obstare illud pactum, nisi feudum omnino refutaverit, vel nisi ad hoc refutaverit, ut dominus eum quasi de novo [44] beneficio investiret. Tunc enim secuta investitura nova, quasi novum sit feudum, non succedit.

TIT. L.
DE NATURA SUCCESSIONIS FEUDI.

SUccessionis feudi talis est natura [45], quod ascendentes non [46] succedunt: verbi gratia pater filio: inferius vero filius patri succedit, & non [47] filia nisi ex pacto, vel nisi fit fœmineum [48]. Tunc enim succedit filia matri [49] & patri: secundum quosdam [50] succedit nepos ex filio [51] solus: & sic usque in infinitum [52]: ex latere omnes per masculos descendentes, usque in infinitum, si feudum fit paternum. Paternum [53] autem voco, quicunque ex superioribus id adquisivit: dummodo scias quod si quis habens beneficium quatuor superstitibus filiis decedat: & feudum ad unum solum ex divisione deveniat, & iste superstitibus filiis duobus vel tribus decedat, qui patrueles dicuntur, & ad unum [54] eorum beneficium feudi ex divisione perveniat: & similiter iste superstibus filiis decedat, qui patrueles dicuntur: ad quorum unum feudum similiter pervenit: sicut etiam ex aliis superioribus vel primis fratribus superfunt masculi: si ille qui feudum habet, decesserit nullo filio relicto: an ad omnes, vel ad quos perveniat, quæritur? Respondeo, ad solos, & ad omnes qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit. Et hoc est quod dicitur ad proximiores pertinere. Isti vero proximiores esse dicuntur respectu aliarum linearum: sed omnibus hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur.

TIT. LI.
DE [55] CAPITANEO QUI CURIAM VENDIDIT, AN INTELLIGATUR BENEFICIUM VENDIDISSE.

QUidam capitaneus in quadam curte sua beneficium dedit militibus, & postea eandem curiam vendidit, non habita mentione beneficii. Controversia est inter capitaneum & emptorem, dicente emptore se curiam cum beneficio emisse: domino vero contradicente, ad cum beneficium non pertinere. Respondetur, illud beneficium in venditione non [56] contineri, nisi expresse de eo actum sit.

& seq. Ans. 18 *tit.* 86. *infr. eod.* 19 *d. tit.* 86. *tit.* 28. *supr.* 20 *tit.* 51.
§. 4. J. *eod.* 1. 1. *ff. de adquir. vel amitt. hered.*
21 Coram quo fit quæstio feudi ventilanda, *tit.* 55. 22 *tit.* 15. *tit.* 34.
23 1. *feud.* 18. 24 *d. tit.* 15. *tit.* 34. *supr. eod.* 25 *tit.* 8. *supr. eod.*
26 Curiæ judicium non declinatur a vasallo. 27 Judicem, ita Cujacius legendum monet, dixi *tit.* 15. *supr. eod.*
28 De pœna domini feloniam committentis, *tit.* 56. 29 *tit.* 5. 6. 7. 24. *supr. eod.* 30 *tit.* 26. *vers. dominus. supr. eod.*
31 Quando feudum licite alienetur, *tit.* 57. 32 Vid. *tit.* 81. J. *eod.*
33 *tit.* 26. *vers. feudum.* 8. *eod.* 34 Sine domini consensu. 35 Alias non potterit, *tit.* 55. 36 An faltem pro Aiode? & si pro Aiode, num debebuntur laudimiæ? vid. Gl. Hermite 2. 3. Ald. Alvarot. Curtium 4. *parte ultima caufa* 2. *regula vers. fexto quer.* 37 Hic lego, nisi & sic datum est. *arg. vers. ult.* J. *eod.* 38 *tit.* 34. §. 1. J. *eod.* 39 Non habet. *Hotom.*
40 Quando pactum non obstat successioni feudi, *tit.* 58. 41 Id est, refutationem. 42 Refutatio hæc diversa ab ea, quæ fit domino, de qua vid. *tit.* 14. *supr. eod.* 43 Facit *tit.* 26. *in fin.* §. *eod.* 44 His duobus calibus, qui feudum paternum refutat Titio, ejusque heredibus, in id regressum nunquam habet, quia omnino refugavit, quia consentit, ut Titius de feudo refutato, tanquam de novo investiretur. Hæc feudi novi natura est, atque conditio, ut agnatus agnato in eo non succedat 1. *feud.* 8. *in fin. supr. eod.*
45 A qua sæpius conventione discedatur, *ut tit.* 84. J. *eod.* 46 *Excipe d. tit.* 84. 47 1. *feud.* 1. §. 3. 48 *tit.* 11. J. *eod.* 49 1. *feud.* 15.
50 Gerardum sc. *tit.* 51. §. 3. J. 51 Ex filia, quidam ita legunt. 52 1. *feud.* 1. §. 2. 53 Paternum feudum quid, adde 1. *feud.* 4. §. 2. 54 *tit.* 93. J. *eod.*
55 Beneficium in curiæ venditione non continenti. *tit.* 60. 56 Dixi *tit.* 26. §. 7. *vers. in generali.* 3. *eod.*

1. QUæſtum [1] eſſe apud me ſcio: ſi filius vivente [2] patre dominum offenderit, ita quod feudum amitteret, ſi pater deceſſiſſet: utrum feudum amittat: vel non? ſecundum iſtos ſic, ſecundum Gerardum non, & Obertum ſimiliter.

Diſpoſitio ſolius animi ad delictum, non perficit delictum: ſed inſidiæ habentur pro delicto contra dominum conſummato. Bald.

2. SI [3] volucrit vaſallus dominum offendere, ſed [4] non laboraverit: feudum non amittit. Gerardus & Obertus, ſimiliter etiam ſi laboraverit, non amittit feudum, niſi [5] inſidiatus ei fuerit, & hoc probatum fuerit.

Feudum non tranſit ad ſeminam, licet per pactum ſit actum, ſi vaſallus ſupereſt. Bald.

3. SImiliter [6] ſi quis inveſtitus fuerit de feudo, ita ut ad fœminas tranſiret, & duas filias tantum reliquerit, quarum una filium habeat, & altera filiam: utrum poſt mortem illarum maſculus tantum feudum habere debeat? ſecundum Gerardum maſculus tantum. Obertus contra. & econtra ſi filios ille habuerit.

FIlius [7] non [8] poteſt recuſare hereditatem patris absque feudo, propinquus autem poteſt.

Si contentio eſt inter vaſallum & emptorem de feudo, vaſallo deficiente in probatione, electio jurisjurandi datur emptori. Bald.

SI [9] contentio fuerit inter filiam & propinquum de hereditate & de feudo: cum filia feudum habere non poterat: quia dicat ipſa, hoc eſt de mea hereditate [10]: & ille dicat, imo de feudo: electio [11] propinqui erit diſcernere veritatem jurejurando. Gerardus & Obertus. Et ſimiliter ſi contentio fuerit inter aliquem qui emiſſet [12] a fœminore, & vaſallum: quia dicat vaſallus, hoc eſt de feudo meo: ille autem neget: electio emptoris eſt veritatem jurejurando diſcernere, cum pares curtis veritatem non teſtantur: Gerardus & Obertus.

Feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ. Bald.

SImiliter [13] feudum lege commiſſoria [14] datum non valet, id eſt, ſi ad certum tempus pecunia non ſolvatur creditori, ut habeat in feudum. Gerardus. & ſecundum Obertum valet.

SImiliter [15] poteſt feudum dari ad certum [16] ſervitium. Gerardus & Obertus.

TIT. LII.
DE PROHIBITA FEUDI ALIENATIONE
PER LOTHARIUM [17].

Feudum vaſalli non alienent ſine voluntate dominorum ſuorum. Bald.

Lotharius divina favente Clementia III. Imperator Romanorum, pius, felix, inclytus, ac triumphator, ſemper Auguſtus Univerſo populo.

IMperialis benevolentiæ proprium eſſe judicamus, commoda ſubjectorum inveſtigare, & eorum calamitatibus diligenti cura mederi: ſimiliter reipubl. bonum ſtatum, ac dignitatem imperii omnibus privatis commodis præponere. Quocirca omnium fidelium noſtrorum tam futurorum quam præſentium noverit univerſitas, qualiter dum apud Ronchalias [18] ſecundum antiquorum imperatorum conſuetudinem pro juſtitia ac pace regni componenda conſideremus: omnia quæ ad honorem imperii Romani ſpectare videntur, ſolicite indagantes, pernicioſiſſimam peſtem, & reipubl. non mediocre detrimentum inferentem reſecare propoſuimus. Permultas enim interpellationes ad nos factas comperimus [19] milites fua beneficia paſſim diſtrahere: ac ita omnibus exhauſtis, ſuorum ſeniorum ſervitia fubterfugere: per quod vires imperii maxime attenuatas cognoverimus, dum proceres noſtri milites ſuos omnibus beneficiis ſuis exutos ad feliciſ. noſtri numinis expeditionem nullo modo transducere valeant. Hortatu itaque & conſilio archiepiſcoporum, epiſcoporum, ducum, comitum, marchionum, palatinorum, cæterorumque nobilium ſimiliter etiam judicum hac edictali lege in omne ævum Deo propitio valitura decernimus, nemini [20] licere beneficia quæ a ſuis ſenioribus habent, ſine ipſorum permiſſione diſtrahere, vel aliquod commercium [21] adverſus tenorem noſtræ conſtitutionis excogitare, per quod imperii vel dominorum minuatur utilitas. Si quis vero contra hæc noſtræ legis faluberrimæ præcepta ad hujusmodi illicitum commercium acceſſerit, vel aliquid in fraudem hujus legis machinari tentaverit: pretio [22] ac beneficio ſe cariturum agnoſcat. Notarium [23] vero qui ſuper hoc tali contractu libellum vel aliud inſtrumentum confcripſerit: poſt amiſſionem officii, ipſum infamiæ periculum ſuſtinere ſancimus. Dat. ?. die menſis Novembr. M. C. XXXVI.

1 Utrum filius vaſalli feudum amittat vivo patre, *tit.* 61. 2 Indignus eſt filius ſucceſſione fendi ob feloniam commiſſam vivo patre, *ut hic.* niſi a patre ad dominum reductus eum placarit. *C. de bis, qui ad eccleſ.* 6. §. 2. *J. eod.* 3 Non punitur vaſallum ex ſola cogitatione *tit.* 62. 4 Addé *l.* 18. *ff. de pœnis.* 5 *l. Feud.* 5. & 17. 6 De ſucceſſione nepotis ex filia. *tit.* 63. 7 Differre agnatum a filio in ſucceſſione feudi. *tit.* 64. 8 *tit.* 45. §. *eod.* 9 De contentione feudi inter filiam & propinquos, vel inter vaſallum & emptorem. *tit.* 65. 10 Id eſt, alode. 11 Dixi *tit.* 26. §. 1. 12 *tit.* 41. §. *eod.* 13 De pacto legis commiſſoriæ. *tit.* 66. 14 l. *Feud.* 27. 15 Ut feudum ad certum ſervitium dari poteſt. *tit.* 67. 16 *tit.* 23. *in fin.* §. *tit.* 104. *J. eod.* ita ad incertum 104. *in fin. principii.* 17 Scil. *tit.* 3. §. 1. *tit.* 9. 24. §. 3. 39. 44. §. *eod.* 55. *J. eodem.* Goth. Moſip. *ad Conſuet. Parif. tit.* 1. *de ſuff. nam.* 20. putat hic in ſuperſcriptione errorem a librariis commiſſum & conſtitutionem hanc non eſſe *Lotharii* III. ſed II. Anſ. 18 *tit.* 33. §. 1. *tit.* 40. §. *eod. tit.* 58. *J. eod.* Guntherus 2. *Ligurini. Authent. habitas. C. ne filius pro patre.* Roncalie campi ſupra Padum non procul a Placentia, in quibus ſolebant Imperatores olim conventus cogere ſolennes, adde *Abbatem Urſpergenſ.* 19 Cauſa hujus conſtitutionis. 20 Regula generalis de alienatione feudorum. adde *tit.* 55. *J. eod.* 21 Pura pignus. 22 *tit.* 24. §. 3. *in fin.* §. *eod.* 23 De pœna notarii contractum illicitum conſcribentis. *Goth.* Imo etiam manus amiſſione punitur. vid. *J. tit.* 55. §. *ſcriba.* Anſ. 24 *tit.* 93. *J. eod.* 25 Id eſt, excepto: quod tit feudi ligii proprium *tit.* 59. *J. eod.* 26 Utrumque feudum in unam ut prius venit perſonam. ita legitur in fragmentis Ardizonis. 27 Feudum diviſione hereditum naturam ſuam non immutat. 28 Nihil Eugenio ad Lotharii III. tempora, ideoque hanc vocem Molinæus expungit. *in Conſuet. Pariſ.* 29 *tit.* 97. *J. eod.* 30 Aliud ſi doloſe 2. *Feud.* 21. 31 *l. feud.* 22. 32 *tit.* 97. *J. eod.* Dolus abeſſe videtur feu intelligitur, ſi juſta cauſa impediens probetur. Ita legitimum tempus nunquam præſcribitur, ſi legitima probatur excuſatio, *arg. l. Cum a matribus.* 8. *Cod. qui petant tutor. l. quæſitum.* 60. *ff. de re judicata.*

33 Initio cum Mediolanenſibus, primo bello Mediolanenſi. 34 Primus ſc. Æneobarbus, Suevus. 35 Lex in quoquo territorio ligat ſolos ſubditos: extra territorium, non obligat. *l. ult. ff. de jurisdictione. l. 1. C. de ſumma Trin.* 36 Male XVI. *J. de pace Conſtantiæ.* 8. 17. & apud Radevicum XIV. *lib.* 2. *c.* 41. 37 Hæc eſt plena puberas, Langobardis legitima, *l. 1. & l. ſi infans. J. de proximis, alien. imm.* quam qui non impleverunt, Guntherо pupilli dicuntur. 38 Jus ſibi dicere nemo poteſt, ſed judicem adire & in jure jus ſuum perſequi quisque debet. *l.* 10. *ff. de Jurisdict.* Quid, non licebit debitorem fugientem perſequi vel prehendere? Poſſis fugienti rem tuam auferre: Poſſis & fugientem una cum re tibi obligata manu injecta capere & judici offerre *l.* 10. §. *ſi*

Imperator LOTHARIUS Auguſt. univerſo populo.

2. SAtis bene diſpoſitum ad utilitatem regni, & ad perniciоſam peſtem deſtruendam, in ſcriptis inſerere curavimus. Quidam [24] miles bina beneficia a duobus dominis, prout ſolitum eſt, acquiſivit: qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter ſe dividentes, alter eorum domino ſuo pro beneficio quod ad eum pervenit, fidelitatem nullo antepoſito [25], ſicut pater fecerat, fecit. Alter vero frater pro ſuo beneficio alteri domino ſuo ſimiliter, quia nullum alium dominum habere videbatur, nullo antepoſito fidelitatem fecit. Defuncto poſteriore fratre fine filiis, utique [26] feudum in quæſtionem venit, ut prius perſonam, & ſic dominus poſterior talem fidelitatem querit, qualem ejus frater fecerat. Quas amputantes altercationes, ſancimus quod frater fecit (ſcilicet in dando ſimpliciter] nil [27] ſuperſtiti obeſſe: licet in ſecundam & tertiam generationem, & usque in infinitum pervenit, ſi hoc actum erit.

Si vaſallus intra annum & diem doloſe non petierit inveſtituram, amittit feudum. Si vero juſta cauſa impeditus non fecerit, non perdit feudum. Bald.

Imperator LOTHARIUS Auguſtus, &c. Eugenio [28] Papæ, & univerſo populo.

1. QUoniam inter [29] dominum & vaſallum nulla fraus nec ullum malum ingenium debet intervenire, idcirco per hanc præſentem legem ſancimus, ſi vaſallus non [30] doloſe per annum [31] & diem ſteterit quod a domino ſui beneficii inveſtituram non petierit: feudum non ob hoc amittat. dolus [32] enim abeſſe videtur, ſi juſta cauſa impediente ſteterit. Dat. 6. Kal. Septembr. anno a nativitate Domini M. C. XXVII. indictione 5.

TIT. LIII.
DE PACE [33] TENENDA INTER SUBDITOS, ET JURAMENTO FIRMANDA ET VINDICANDA: ET DE FORMA JUDICIBUS APPOSITA, QUI RAM VINDICARE, ET JUSTITIAM FACERE NEGLEXERINT.

FRIDERICUS [34] *Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus univerſis ſubjectis ſuo imperio*, Salutem.

HAc edictali lege in perpetuum valitura, jubemus, ut [35] omnes noſtro ſubjecti imperio, veram & perpetuam pacem inter ſe obſervent: & ut inviolata inter omnes perpetuo obſervetur, duces, marchiones, comites, capitanei, valvaſores, & omnium locorum rectores, cum omnibus locorum primatibus & plebeiis, a decimo octavo [36] anno [37] usque ad ſeptuageſimum, obſtringantur juramento, ut pacem teneant, & rectores locorum adjuvent in pace tenenda atque vindicanda: & in fine uniuscujusque quinquennii de prædicta pace tenenda omnium ſacramenta renoventur. † Si quis vero alſquod jus de quacunque re vel facto contra aliquem ſe habere putaverit, judicialem [38] adeat poteſtatem, & per eam jus ſibi competens exequatur. † Si quis vero auſu temerario prædictam pacem violare præſumpſerit: ſi [39] civitas eſt, pœna centum librarum [40] auri [41] cameræ noſtræ inferenda puniatur: oppidum vero triginta [42] libris auri mulctetur: duces autem, marchiones [43], & comites quinquaginta auri libras præſtent: capitanei quoque & majores valvaſores, viginti [44] auri libris puniantur: minores vero valvaſores & omnes alii prædictæ pacis violatores [45] tres libras auri inferre cogantur, & [46] damnum paſſo ſecundum leges refarciant. §. 1. Injuria ſeu furtum legitime [47] puniatur. † Homicidium quoque & membrorum deminutio, vel aliud quodlibet delictum legaliter [48] vindicetur. † Judices vero & locorum defenſores, vel quicunque magiſtratus [49] ab Imperatore, vel ejus voluntate conſtituti ſeu confirmati, qui juſtitiam facere neglexerint, & pacem violatam vindicare legitime ſuperſederint: damnum omne injuriam paſſo refarcire [50] compellantur: & inſuper ſi major judex eſt facto ærario pœnam decem librarum auri præſtet: minor autem pœna trium librarum auri multetur. † Qui [51] vero ad prædictam pœnam perſolvendam inopia ſtdignoſcitur laborare, corporis [52] ſui correctionem cum verberibus patiatur, & procul ab eo loco quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat.

Domus tibi conventicula aut conſpirationes fiunt, confiſcatur: & receptans violatorem legis, pari cum eo pœna punietur. Bald.

§. 2. Conventicula [53] quoque in civitatibus, omnesque conjurationes, & extra, etiam occaſione parentelæ, & inter civitatem & civi-

debitorem. 16. *ff. qua in fraudem creditorum.* imo poſſis & fine re fugientem capere & judici ſiſtere. Bart. *in l. ſi alius.* 7. §. *belliſſime.* 3. *ff. quod vi.* Illud literis aureis dignum eſt, Civitatem, que ſuperiorem nullum habeat, res ſibi ab alia civitate ereptas, propria autoritate per vim recuperare poſſe, ubi judicis non fit copia. Bart. *in l. 1. C. ne quis in ſua cauſa.* Rasvenas *hic.* atque ita in alieno etiam territorio: quippe in ſuo ac proprio territorio, judicis habendi copiam, aut certe judicis copia ei non deeſſet. 39 Pœnas pecuniarias graviores præſtat quisque qui major & nobilior eſt, *ut hic.* notanda eſt interim pœnarum variarum pro parte violata ratio: civitatis enim pacem violanti pœna auri librarum 100. Oppidum 30. Duces, Marchiones & Comitis 50. Capitanei & majoris valvaſoris 20. minoris Valvaſoris 3. 40 Urſpergenſis legit Marcas. non ita Cameræ eſt marca & libra. Marca namque duas libras continet. 41 Puri ſcilicet. Omnis pœna auri, auri puri intelligitur. 42 XX. ita legunt veteres. *Radevicus & Guntherus.* 43 Marchiones 40. Comites 40. *Urſpergenſ.* 44 Vid. *Urſpergenſ.* 45 Decem: alii prout facultas ſert, utque ad tres. *Urſpergenſ.* 46 Pœnam pecuniariam reus non tantum præſtat adverſario, ſed & damnum ipſum, *ut hic. cap.* 1. *de injuriis.* Interdum & tertiam pœnam patitur corporalem. §. 1. *J. eod. l. locatio.* 8. *Illicite. l. ff. de publicanis.* 47 Injuriæ pœna legitima eſt, *ut hic.* At quæ? In civili vel Prætoria, pars æſtimat. judex definit pœnam. §. *pœna.* 7. *Inſtit. de injuriis.* In criminali pœna injuriæ, Judex arbitrio ſuo eam definit. *l. ult. in fin. ff. de injur.* §. *in ſummo. Inſt. de injur.* una tamen per aſtum tollitur. *l. quod ſenatusconſultum.* 6. *l. Prætor.* 7. §. 1. *ff. de injuriis.* 48 Homicidii ſponte non ad ſuam tutelam, aut cui admiſſi pœna legalis, hoc eſt, legitima, *ut hic.* Atque capitalis. *l.* 3. §. *penult. ff. ad l. Corn. de ſic.* §. *Item lex Cornelia. Inſt. de publ. jud.* Quid ſi homicidium fequta eſt pacis violatio? *vid.* §. *fi violat.* §. *de pace tenenda.* 49 Judices in territoriis ſubjectis ab Imperatore ejusve voluntate conſtituendi, *ut hic.* Verum conſuetudine receptum eſt, ut ſingule civitates, ſua regiperium *l. 4. ff. de officio Præfidis. Chaſſ. l. ult. C. de præſcript. longi temporis.* 50 Pœnam in corpore patitur violator pacis, ut & Judex in jure reddendo negligens, ſi pecuniariam ſolvere non poteſt. In nemo propter inopiam pœna eximitur: minuitur tamen aut poteſtas multa remittitur propter inopiam. *l. con. C. de modo multar.* Quid ſi pœnæ debitor patrem ſolverit? ratione alterius etiam partis, corporalem pœnam pati poteſt: hic enim agitur de integra ſolutione. 51 Adde leg. 2. *C. de commerciis. l. ult. C. ne ſanct. bapteſm.* adde Juſtinum *l.* 9. 52 Dixi *ad l.* 1. *in fin. ff. de pœnis.* 53 Adde *l.* 15. *C. de epiſcopis, l.* 5. *C. de bis, qui ad Eccleſ. confugiunt. l.* 1. *ff. quod cujuſque univerſ. l.* 1. *ff. de collegiis.* conventicula poſſeſſionis noſtræ tuendæ cauſa hic non prohibentur. *l. Gracchus.* 4. *C. ad l. Jul. de adult.* non civitatum inter ſe confœderationes, ad mutuam tutelam, ſed coitiones tantum illicitæ. *l. Conventicula.* 15. *C. de epiſcopis & cler.*

tatem,

tatem, & inter perſonam & perſonam, ſive inter civitatem & perſonam, modis omnibus fieri prohibemus: & in præteritum factas caſſamus, ſingulis conjuratorum pœna unius libræ auri puniendis. Epiſcopos vero locorum eccleſiaſtica cenſura violatores hujus ſanctionis, donec ad ſatisfactionem veniant, volumus coërcere. Receptatoribus [1] etiam malefactorum, qui prædictam pacem violaverint, & prædam ementibus, noſtram indignationem ſubituris, & eisdem pœnis feriendis. Præterea bona ejus publicentur [2], & domus ejus deſtruatur [3]. Qui pacem jurare & tenere noluerit, beneficio & lege pacis non fruatur. Illicitas etiam exactiones [4], maxime ab eccleſiis (quarum abuſus jam per longa tempora inolevit) per civitates & caſtella omnino condemnamus & prohibemus: & ſi factæ fuerint, in duplum reddantur.

Sacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum, inviolabiliter obſerventur. Jacob. de Bel.

§. 3. Item ſacramenta [5] puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis, inviolabiliter cuſtodiantur. Per vim autem & juſtum metum etiam a majoribus (maxime ne querimoniam maleficiorum commiſſorum faciant) extorta, nullius eſſe momenti jubemus.

TIT. LIV.
DE ALLODIIS [6].

AD hoc qui allodium ſuum vendiderit, diſtrictum & jurisdictionem [7] Imperatoris vendere non præſumat: & ſi fiat, non valeat. Si vero contigerit allodium aliquod etiam infeudatum [8] conferri eccleſiæ, vel pro oblatione fidelium, vel per emptionis & venditionis, alteriusve hujusmodi contractum: infeudatus niſi per gratiam eccleſiæ, tanquam de novo receperit, feudum quod habebat, retinere non poterit. Ut autem æquitas quæ in [9] paribus cauſis paria jura deſiderat, per univerſitatem totius imperii ſervetur: firmiter ſtatuimus, tam in Italia quam in Alemania, ut quicumque indicta publica expeditione Romam, ad ſuſcipiendam imperii coronam, regem, aut ſub rege dominum ſuum non [10] adjuverit, aut eundo cum ipſo, aut pro quantitate [11] feudi ſtipendia militiæ perſolvendo, ſi de vocatione legitima a domino ſuo convicti per compares ſuos poterit, feudum perdat: & dominus in ſuos uſus illud habeat redigendi liberam facultatem.

TIT. LV.
DE PROHIBITA FEUDI [12] ALIENATIONE
PER FRIDERICUM [13].

Omnis alienatio feudi contra hanc legem facta etiam antiqua quantumcunque, caſſatur, & bonæ fidei emptori pretium reſtituitur. Bald.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus.

IMperialem decet ſolertiam ita reipublicæ curam gerere, & ſubjectorum commoda inveſtigare, ut regni utilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorum ſtatus jugiter ſervetur illæſus. Quapropter dum apud Roncalienſium noſtrorum more univerſalis curiæ Ronchaliæ [14] pro tribunali ſederemus, a principibus Italicis, tam rectoribus eccleſiarum, quam aliis fidelibus regni, non modicas accepimus querelas, quod beneficia eorum & feuda quæ vaſalli ab eis retinebant, ſine dominorum licentia pignori obligaverant, & quadam colluſione nomine libelli [15] vendiderant, unde debita [16] ſervitia amittebant: & honor imperii, & noſtræ felicis expeditionis complementum minuebatur. Habito ergo conſilio epiſcoporum, ducum, marchionum, & comitum, ſimul etiam & palatinorum judicum, & aliorum procerum, hac edictali Deo propitio perpetuo valitura lege ſancimus, ut [17] nulli liceat feudum totum vel partem [18] aliquam vendere vel pignorare, vel quocunque modo diſtrahere ſeu alienare, vel pro anima judicare, ſine permiſſione illius domini ad quem feudum ſpectare dignoſcitur. Unde Imperator Lotharius [19] tantum in futurum præcavens ne fieret, legem promulgavit. Nos autem ad pleniorem re-

1 *tit.* 27. §. 1. *J. eod. l.* 1. *ff. de except. l. ultim. ff. de abigeis. l.* 1. *C. de his qui latron. l.* 14. *C. de furtis. l.* 3. §. 3. *ff. de incendio. l. penult. C. ad l. Jul. de vi pub. l.* 12. *C. ad l. Pab. de fug. l.* 1. *C. de crim. pecul.* 2 In populum publicentur, diſſentiuntur a judice, diripiantur. *Guntherus.* 3 Vide *qua ſcripſi ad leg.* 20. *ff. communi. dividundo. l.* 24. *ff. de pœnis. l.* 4. *ff. de re militari.* 4 Pecuniæ ſcilicet. *l.* 2. *C. de epiſcopis & cler.* §. 2. *tit.* 62. *J. de furtis & conſuetudine. l.* 6. §. 3. *ff. de officio præfid.* 5 Translatus eſt hic §. in titulum *C. ſi adverſus vendit.*

6 *tit.* 17. *in fin.* 26. §. 1. 87. 89. *J. eod.* Allodium eſt, cujus poſſeſſor nemini laudes eſt. Inde allodium, propriectas dicitur 29. *J. eod. l. feud.* 4. §. 2. & proprium 42. §. *ita proprii* 44. §. *eod.* hereditas 45. & 54. §. 3. res mancipi a Sigeberto. 7 Illud feudum, aliud jurisdictio, *ut hic, & tit.* 5. §. *eod. l. feud.* 5. *in fin.* ideoque a vaſallo adquiſita, feudo non adnexitur, tit. 8. §. 2. *ſupr. eod.* alienatione feudi jurisdictio non comprehenditur 26. §. 7. *verſ. in generali. ſupr. eodem.* Et tamen verſimile eſt, ad inſtar feudi, ſine dominiconſenſu alienari jurisdictionem non poſſe. 8 Allodium infeudari poteſt. 9 Patria paris juris cenſentur. 10 Vid. 24. §. 2. *J. eodem. l. feud.* 5. 11 Vid. *tit.* 40.

12 Proprii; vix eſt enim ut hæc conſtitutio ad feuda impropria pertineat, *de quibus tit.* 48. §. *eod.* quæ naturam & conditionem recipiunt mutua domini & vaſalli conventione. 13 *tit.* 3. §. 1. §. *eodem.* Radevic. 2. *c.* 7. adde Guntherum. 14 Dixi *tit.* 52. §. *eodem.* 15 Aut inveſtiturę. *J. eod.* 16 Cauſa hujus conſtitutionis.

17 Prima regula de feudorum alienatione & pignoratione. 18 Et ita jus vetus abrogatur, 9. §. 1. §. *eod. l. feud.* 21. 9. 1. 19 *tit.* 52. §. 1. *J. eod.* 20 Secunda regula de feudorum alienatione. 21 Leges plerumque trabuntur ad præterita. dixi *ad l.* 7. *C. de legibus.* 22 Longi ſcil. adde *tit.* 40. §. *eod.* non tamen trigintа annorum. *tit.* 9. §. 1. 26. §. 4. 1. *feud. ult.* 23 Dixi *ad l.* 29. *ff. de reg. jur. C. ad c.* 18. *de rer. jur. in* 6. 24 *l.* 11. *ff. de actionibus empti.* 25 Tertia regula de feudorum alienatione. 26 Quarta regula, feu prima cauſa feudi amittendi. 27 Adde *tit.* 52. §. 1. *in fin. J. eod.* 28 Vide quæ dixi ad *Novell.* 134. *c. ult.* 29 Secunda cauſa feudi amittendi. 30 Min-ri ſuccurritur. 31 Dixi 1. *feud.* 22. 32 Niſi reſtituatur: nam lex ultima *C. in quibus cauſ. in integrum.* locum etiam habet in præſcriptionibus ſtatuto & conſuetudine inductis. 33 Tertia cauſa feudi amittendi.

34 Licet vaſallo moneris ſui victorium dare, *ut hic:* facit *tit.* 99. *in fin.* & 100. *infr. eod.* 35 *tit.* 40. §. *eod. leg. ult.* §. 2. *ff. qui & a quibus manum. l.* 25. *in fin. ff. de oper. libert. l.* 1. §. *eodem.* 36 Quina regula de alienatione feudi per diviſionem. 37 Sed majori natu deferatur: aut eo furioſo, aut infami, fecundo genito. *Aurea bulla Carol.* 4. *cap.* 23. alia feuda dividi poſſunt, vide *J. eod.* 38 Non regali ſcilicet, *tit.* 26. 4. 2. *verſ. omnes. J. eod. l. feud.* 9. Poſſumus vaſalli feudum dividere irrequiſito Domino? Poſſumus & conſequenter emphyteuſim. vid. Everard. *Topicis in loco a feudo ad Emphyteuſin* 29. n. 10. 39 Vide *tit.* 77. *infr. eodem.* 40 *tit.* 102. *J. eodem.* 41 *tit.* 9. *in fin.* 34. §. *eod. l. feud.* 22. §. 1. 42 Dixi *ad tit.* 51. §. *eod.* 43 2. *feud.* 5. §. 1. *C. tit.* 9. 44 Hinc illud Gallorum, *Le vaſſal ſe peut jouer de ſon fief, juſques a la main mettre au baſton:* vel, *juſques a demiſſion de foy:* id eſt, feudo ſuo abuti poteſt, dum ne a fide & clientela ſe ſimuve feudum ſubducat. 45 *tit.* 28. *in fin.* §. *eod.* 46 *tit.*

FEUDOR.

TIT. LVI.
QUÆ [48] SINT REGALIÆ [49].

Imp. FRIDERICUS.

REgaliæ [50], armandiæ [51], viæ publicæ, flumina navigabilia, & ex [52] quibus fiunt navigabilia, portus, ripatica [53], vectigalia [54], quæ vulgo dicuntur telonia, monetæ [55], multarum pœnarumque [56]

6. *verſ. honeſtum. tit.* 22. 24. §. 1. 2. *verſ. illud. tit.* 27. §. 2. 47 Vid. *tit.* 7. §. *eod.* 48 Regaliæ ſeu regalia quæ ſunt: Nam hic exempla quædam ſubjiciuntur tantum, ut non ipſa Regalia ſtatuantur? Regalia, jura ſunt ſumma Regis ac regni: Regi eiusque filio vel Coronæ debita honoris ſupremi ergo, quali laborum præmia, ut regi, regnoque tuendo inſerviant. Horum quædam majora, quædam minora ſunt. Majora ſunt hæc. Legem condere. Magiſtratus creare, nobilitati & fame reſtituere, legitimare ſpurios. monetam cudere, ætatis veniam concedere, inre regni inolendi donare extraneum, tabelliones creare, ſuperindicta imponere, Pœnæ Capitalis & Jurisjurandi gratiam facere, ut poſſis agere. Minora vero ſunt hæc, multarum & pœnarum compendia, tributa & ſimilia. Quid? poteſtne Princeps regalia alteri cedere? Poteſt: his temperamentis adjectis, ut ne Regalia jura ſua cedat ſine ſumma neceſſitate, ac ut ea cedat ex cauſa neceſſaria, ut ne ea tota cedat, deinde ut quocunque cedit, ſuopte motu ac ſua ſponte, ſciens prudensque cedat. Principatus jure ſemper excepto: quod etſi nominatim non fuerit exceptum, tacite tamen exceptum intelligatur: cum adverſus omnes regalia poſſidentes, ſi tuo regno, jus inſtituendæ aditionis habeat: adeo ut jus id nullo tempore poſſit præſcribi. Videamus qua lege cedi poſſint? ſpeciatim ſcilicet cedi, ſpecialiter ac reſtricte; ſimilia autem etiam intelligantur. Quid ſi generaliter cedit? ſi cum ducatu, comitatu, aut regali aliqua dignitate cedit, etiam majora jura Regaliorum (de quibus ſupra) translata intelligantur: ſi ſine regali dignitate, minora tantum. Quid ſi quadam expreſſa & generalis clauſula adjecta? omnia conceſſa ſint dicendum. Quid? ſolane Principis conceſſione concedantur, an etiam præſcriptione temporis cujus non extet memoria poſſint adquiri? Poſſunt: vel ea, quæ majora Regalia paulo ante diximus, adeo ut quorundam opinione, neceſſaria non ſit ipſius Principis ſententia, hoc eſt, præſcribi poſſint etiam ignorante principe. Quid? regalia jura quædam Duci, Comiti, Civitati, quo tempore adverſus Ducem, Comitem, civitatem adquiere poſſimus? annis 30. vel 40. Imo opinione quorundam, decennio, cum titulo & bona fide: ſic tamen ut quibuſdam omnibus juribus præſcripta, ne omnia præſcripta putemus. Porro annus Principem regalia jura ſua alicui concedille: non poterit Princeps ipſe, juribus illis uti in territorio ea jura accipientis? Quidam putant, majora jura illa Regaliorum exerceri poſſe in territorio ejus, qui accepit, at non minora. 49 Regalia ſunt hæc quæ ſequuntur: ut ab Imperatore aliquo Rege creato, hæc quæ ſequuntur eum ſequantur. Dicta autem Regalia, vel quod Regi, hoc eſt, ſupremo principi competunt, vel quod a regibus uſurpata. *Goth.* Quæ ſint regalia, vid. Sixtin. de *Regalib.* Andr. de Hirnia & Jacob. Cujac. *de feudis tit.* 5. Anſ. 50 Regalia ſunt armandiæ &c. 51 Armandiæ, fabricæ, & publica armamentaria, *Navell.* 85. Brevicalum reditus Eccleſiæ Romanæ, locavit comitatum cum publicariis & Armandiis. Aliud tam ad Arimanis feu officiis appatritorum. Nam Armanni ſunt qui magiſtratibus parent, *l.* 68. *Longob Ex l.* 2. *feudis l.* 10. *de præſcr.* Fuerunt igitur Armaniæ vel Armandiæ non locus ipſe armamentarii, ſed ius armorum fabricandorum, aut vectigal ſane ex licentia arma faciendi, ne alioqui putemus vectigal ex armentis aut ſcripturæ genus eſſe. 52 Id eſt, omnis utilitas ex decurſu fluminum proveniens. 53 Id eſt, portoria quæ ſolvuntur a ripam transeuntibus; Cæterum ripæ ipſæ non cenſentur inter regalia: cum earum uſus ſit publicus: protectio tamen & cuſtodia ipſa regaliorum eſt. 54 *C. vectigalia nova.* 55 *l. penultima. C. de falſa moneta.* 56 Pœnæ maleficiorum ſunt fiſcales. adde *l. multifariam.* 5. *C. de modo multarum. l.* 1. *ff. de jure fiſci.*